



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri Victorii Explicationes suarum in Catonem,
Varronem, Columellam Castigationum**

Vettori, Pietro

Lvgdvni, 1542

È Libro VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12981

λεύκηνα χία καὶ τὰ λιβιανὰ: ἐπὶ δὲ καὶ τὰ χαλκιδικὰ δύο =
μαζόμενα καὶ τὰ ἀφεικανά.

E LIBRO VI.

SAliuati more demitti. Antea in excusis Saluiati,
et hīc, et pluribus alijs locis corruptè: in antiquis
rectè Saluiati. Saluiatum appellat, quod Apsyrtus, et
alij qui de medicina equorum scripsierunt, προπόντια uo-
cant, et Saluare, quod illi προσωπόντια. Crebrum autem hoc
uerbum apud ipsos.

Musχaraneus, quem Græci μυχαλήν appellant.
Ita ueteres libri habēt, et ita sancte legi debet. Antea in ex-
cusis, σκυτάλην mendosè: cum idem mendum Dioscoridis
caput, quo de eo agitur, occupasset, studio ac diligentia
Marcelli Vergiliū eruditissimi, et optimi uiri sublatū fuit.
Quin Græci μυχαλήν appellant, quem murem araneū La-
tini dixerunt, dubitari non potest. Plinius certè que Græ-
ci μυχαλή tribuunt, muri araneo assignat: in libro enim
XXIX. cap. IIII. de mure araneo loquens, inquit: Est
et contra morsum eius remedio terra ex orbita: ferunt
enim non transiри ab eo orbitam, torpore quodam naturæ.
Aelianus libro II. cap. XXVII. πορί μυχαλής: Εἰρ
ἡ ἡ αρμαθποχίαν ἐμπέσῃ οίοντι πέδῃ κατέληπτη καὶ μάλισ-
την διατείνει. Ληχθέντη δὲ μυχαλής φάρμακον ἐκάνει
ἐκ τῆς τηροχώρης διαφορῆς ή τάμιμον δρῦς οὐ πεπάθη τε
δηγματικαὶ καὶ ἵσωσε πράχημα.

Cum melle acapno. Ita emendaui, secutus fidè an-
tiquorum codicū: in excusis, Attico. Qui mel quoddam
acapnon appellari nesciebant, Attico, hīc, ut arbitror,
improbè scripsierant: nam Acapno, legi debere, pluribus
argumētis doceri posset. Quod enim Columella addit, uel
si id

si id non est, hoc etiā demonstrat: non enim facile erat mel acapnon inuenire. Plinius lib. x x i i . cap. i i i . Oculorum claritati confert, aliquid cum pari portione mellis acapni. Quod Mel acapnon esset, & cur ita appellaretur, idem etiam Plinius x v i . capite libri x i . declarauit. Apud ueterinarię scriptores huius quoq; mellis mētio est, maximē ad oculorum uitia pellenda.

Quod Græci uocant οὐρεύσκην. Antiqua, & uera lectio: Græca dictio antea deprauata. Columelle priora uerba ita, etiam sine testimonijis ueterum librorum, legendum esse probant: cūm enim inquit, Extrahere cōceptum, & educere partum, uim Græci uerbi expressit.

E LIBRO VIII.

NE feles aut uiuerra perrepat. Ita emendaui ope ueterum codicum: excusi olim libri insulse Vipera habebant: quis enim audiuit unquam uiperā in sublimiores domus partes ascendisse? cūm potius illa sub terra se abdere soleat, quemadmodum doctè cecinit noster Poëta,

Sæpe sub immotis præsepibus aut mala tactu

Vipera delituit, cœlumq; exterrita fugit.

Ita autem scripserunt qui, quid viuerra esset, ignorabant. De Viuerris, & cur ita appellatæ, & quo munere grata hominibus esse soleant, docuit Plin. libri octauii l v . cap.

E LIBRO IX.

IN irriguo solo frutices amelli. Codex Longobardus, Virgineo: alter, Virgeneo. Receptam lectionem loco suo tenui: quid tamen in manuscriptis inueni, tegere nolui.

EX